

viros eruditos et contatos adeo nihil laedere potest
ut ridiculo exponere hominem ridiculam facile que-
atis. Nulla est enim, quae non manifeste principium
petat. In 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. vel sunt 4 termini, vel
assumptio est falsa: cujus probationes perpetuo petunt
tò et à p. x. Quinta habet majorem falsam, et eo quidem
sensu, quo illi conficiendi verbo utuntur. Decima majorem
habet particularem vel falsam, ex qua citius ipsos mira-
biliarios conficias esse ministros Anti-Christi, et Pseu-
do-prophetas, quam ille nobis vocationem legitimam
ademerit. Haec non Gordium, ut vocat, sed serpenteum
nodum ostendat ille Meridarpax. Facile tibi grati-
ficabor suo tempore, ut in publicam disputationem
stramineas has demonstrationes adducam. Nunc
verò ordo meus non est, postquam hoc anno quater
disputationes absolvi: nec occupationes facile ferunt.
Habeo enim in manibus duo alia anti-Jesuitica, quae
brevis lucem videbunt. Faxo autem otium nactus
ut cum meo responso ad nugae Smiderianae simul
prodeant uno libello Sadeclij, Toscani, et si quae erunt
alia id genus scripta, quo Herculi isti larvato clava
excutiatur. Vale mi frater in Domino, et ex me
amicos atq; fratres omnes saluta. Heidelberg
17. Sept. 1609.

98.
P. Pareus

D. Jacobo Fabricio S. Theol. Doctori, Dartisiana
Ecclesiae Orthodoxae Pastori et Gymnasij Rectori
Dignissimo, salutem à Domino Jesu.
Etsi triste fuit, vir clarissime, de obitu D. Keckermanni
communis Amici, quanti ingenii viri! cognoscere.
admodum tamen gratam mihi rem fecisti, quod nimis
sim singula de beato ejus excessu tam diligenter ad
me perscripsisti. Bene ille quidem tam cito cursum
consummavit, ac pelago miseriarum vitæ hujus enavigavit. Beati
eximus qui in Domino moriuntur. At nimis cito tanti
nos amici

179
nos amici usura privati sanguis; nimirum cetero Eulegia de tuo ibog.
fidelem Athletam, bonae literae strenuam cultorem
ac vindicem, schola vestra solentem magistrum, sepe
incomparabile deus amisit. Sit memoria ejus in
benedictione, apud nos et vos. Maledicant porro, qui
benedicere non didicerunt. Praeclara monumenta,
quae posteritati reliquit, aeternam viri famam lo-
quentur et tuebuntur satis. Ter felices dolerentes,
quibus tanto Receptore dicitur ut datum fuit. In
horum numero Polonum juvenem Misforium habeo,
mihi abste et amicis pluribus vehementer commendatum,
cui pro virili non sum defuturus. Successorem deside-
ratis, cedo vero Keckermannum ubi invenietis?
De N. queris, nam videatur vocandus. Fortè jam eum
vocastis. Ita enim sermones aliquorum hic ferunt.
Doctissimam viram novi, quem Gymnasio vestro mini-
mè inviderem, quamvis fortè Peripateticæ Philosophiæ
qualem vos vultis, non merè addictum. Sed vereor, ut
comes eum dimittere, uxor parentibus et patria relicta
ad Balticum usq; mare eum sequi, ipse etiam honestam
stationem, quam habet N. deserere, velit. De his
prius explorandum esset. Sur verò adeo facile N. dimi-
sistis? Recuperandi ejus nulla spes, quia à Principe suo
Gymnasio iterum proficietur, si verum amici nuntiant.
Magna est epyrmodi hominum raritas, qui Keckermanno
succedant, nossem unum, quem vobis nominarem, nisi
Philippus Pareus filius meus esset, baculus senectutis meae.
Quin verò domestica queritis? Habetis apud vos M.
Georgium Pauli magna spei juvenem. juvenis est, sa-
teor, cui biennium fortè ad tantum munus adhuc indul-
gendum fuerit. Utinam firmiore valetudine uteretur?
Exercet se publica Matheseos vicaria professione.
Quasi labore hoc supersederet, totusq; valetudini et
studij scopo suo utilioribus vacaret. Habet is fratrem
adultiorem in Gallis M. Hadrianum praeclearo profecto

conditionis juvenem, medicum quidem, sed in omni phi-
losophia et Theologia non male versatum. Audio
licentiae gradum in Medicina consecutum propediem
aspicere ad Doctoram. Haec impetrata velim eum
à vobis revocari ad Gymnasium vestrum, donec fra-
trem Georgium habere possitis maturum. Non erit
ea functio magis à medico aliena, quam fuit à
Theologo. At si is interpretis videretur & mala verba
interpretetur. Satis mature tunc ad praxin Medicinam
accederet, si prius tyrocinium in Gymnasio vestro
deposuisset. Hoc totum est consilium, quod habeo. Pro
novis communicatis tibi gratias ago. Mirantur pru-
dentes intemperantiam N. in misero Lutheri Vilnen-
sis servitium. Sed qui non impellit bestia vasallos suos.
Pseudopropheta eps mancipia sua? Fortè terrene exem-
plo Moschos voluit, quos petiit. Sed viderit, ne exemplo
in furorem illi conversi tanto difficiliorem ei victo-
riam reddant. Fertè cum deploratis pugnare, haud fa-
cile est. Orbis sane Christiano parum concivibile fue-
rit, tam potentes vos fieri, et ad extremum Tanaim
usq; & Volgan. Anti-Christi brachium extendi. Sed est
in coelis natus, qui cuncta gubernat. Non qui arma
sumit, sed qui deponit, habet quod gloriatur. Factionibus
Moschorum uti in compendium suum cogitat. Atqui dis-
sidentes communi hoste conspecto facile coire poterunt,
ne externo praedae fiant. Non dissimile, quod nunc
geritur in Juliacensi Ducatu. Dissident Principes here-
dipeta Brandenburgici et Neoburgici. Ad linina haret
Gally cum exercitu non parvo, ut fertur, quasi Prin-
ces adiuturus adversus Iberos, qui αυτοκράτορος no-
mine inhiant praedae. Mihi vero suspecta omnia vi-
dentur. Eventum dies docebit. Oremus Deum, ut sit pax
in diebus nostris, et in pace Eclesia floreat. Amen.
Vale frater honorande. Heidelberg. 16. Sept. 1609.